

Confessionum VIII 11 (27)

Sed iam tepidissime hoc dicebat.  
aperiebatur enim ab ea parte,  
qua intenderam faciem  
et quo transire trepidam,  
casta dignitas continentiae,  
serena et non dissolute hilaris,  
honeste blandiens,  
ut venire neque dubitatem,  
et extendens ad me suscipiendum  
et amplectendum pias manus  
plenas gregibus bonorum exemplorum.  
ibi tot pueri et puellae,  
ibi iuventus multa et omnis aetas  
et graves viduae et virgines anus,  
et in ómnibus ipsa continentia  
nequaquam sterilis,  
sed fecunda mater filiorum  
gaudiorum de marito te, domine.  
et inridebat me inrisione hortatoria,  
quasi diceret: „tu non poteris,  
quod isti et istae?  
an vero isti et istae in se ipsis  
possunt ac non in domino deo suo?  
dominus deus eorum me dedit eis.  
quid in te stas et non stas?  
proice te in eum, noli metuere;  
non se subtrahet, ut cadas:  
proice te securus,  
excipient et sanabit te.”  
et erubesceram nimis,

Pero ahora decía esto con voz muy débil.  
pues se me apareció de ese lado,  
al cual había puesto mi cara  
y al cual temblaba pasar,  
la casta dignidad de la continencia,  
serena y no depravadamente gozosa,  
virtuosamente lisonjera  
para que viniera y no dudara,  
y me extendió para tomarme y  
abrazarme sus pías manos  
llenas de variados buenos ejemplos.  
ahí muchos niños y niñas,  
ahí muchos jóvenes y todas las edades,  
tanto graves viudas como vírgenes viejas,  
y en todos la continencia misma  
de ningún modo estéril,  
sino madre fecunda de hijos  
de gozos nacidos de ti su esposo, Señor.  
y se me rió con risa hortatoria,  
como si dijera: “¿no pudieras tú hacer  
lo que éstos, lo que éstas?  
o ¿es que éstos y éstas en sí mismos  
pueden, y no en el Señor Dios suyo?  
el Señor su Dios me los dio  
¿por qué te paras en ti y no te paras?  
arrójate a él, no temas;  
no se retrairá para que caigas:  
lánzate a él tranquilo,  
te recibirá y te sanará.”  
y me enrojecí mucho,

quia illarum nugarum  
murmura adhuc audiebam,  
et cunctabundus pendebam.  
et rursus illa, quasi diceret:  
„obsurdesce adversus  
inmunda illa membra tua  
super terram,  
ut mortificentur.  
narrant tibi delectationes,  
sed non sicut lex domini dei tui.”  
ista controversia in corde meo  
non nisi de me ipso adversus me ipsum.  
at Alypius affixus lateri meo  
inusitati motus mei exitum  
tacitus opperiebatur.

pues de esas bagatelas  
las múrmuras aún oía,  
y colgaba en suspenso.  
y de nuevo ella, como si dijera,  
“ensordécete frente a  
esos inmundos miembros tuyos  
sobre la tierra,  
para que sean mortificados.  
te cuentan de deleites,  
pero no como la ley del Señor tu Dios.  
Este debate en mi corazón  
no era sino de mí mismo contra mí mismo.  
Y Alipio fijamente a mi lado  
el resultado de mi inusitada agitación  
en silencio aguardaba.

trad. Emilio G. Chávez